



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

DE || LIBERTATE || CHRISTIANA ||

Lensaeus, Johannes

Antverpiae, 1590

Capvt XIII. Nihil esse causa cur magis querantur vim conscientiis fieri in causa religionis, quàm virtutum ceterarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46059](#)

CAPUT XIX.

Nihil esse causa cur magis querantur vim conscientiis fieri in causa religionis, quam virtutum ceteratum.

QUID autem est quod in causa religionis peculiariter censes soli Deo conscientiam vniuersitatis que esse subiectam: & ideo, si quid imperet vel prohibetur ab homine, hic potius conscientiis vim fieri quereris, quam in causa castitatis, quam iustitiae, quam sobrietatis, quam aliarum virtutum? Harum enim legibus, non minùs populus quam rex subiectus est; sed virtusque (ut verbis vestris utar, cum de religione agitis) tum Regi, tum populo, ex aequo illarum observatione praecepta est: ex aequo etiam ambo vel vitam vel mortem æternam sperant & metuunt, si aut bene aut male in illis versati fuerint. Quid de religione dicitis verbis istiusmodi, quod non de reliquis virtutibus ad similem modum queam dicere? Si ergo legibus Praefectorum, hominum requiratur pudicitia, sobrietas, aequitas, modestia: si contraria illis virtutibus sceleres puniantur, adulteria, ebrietates, rapinae & iniustitiae ceteræ: tu vim clamabis conscientiis fieri, quæ soli Deo

Hinc. 6. ad postulum Antiochenum. Quod utiliss est Principum met.

subiectæ sint? non clamabat hoc divus Chrysostomus nec dolendum, sed gratias Deo agendas esse concionabatur, quod metus Principum, torporem populorum corripiisset, omnesque studiosiores effecisset. Quod enim (inquit) damnum factum est ex cura & solicitudine ista? quod honestiores facti timus, & mansuetiores? quod studiosiores & attentiores? quod ebrium & mereetricia canentem cantica videmus neminem? quod supplicationes continuae & lachrymæ & preci? quod risus importunus, & turpia verba, & omniscinia expulsa est, & mulierem modestam & liberam ciuitas nostra tota nunc imitatur? propter hæc doles? quin gaudere propter hæc, & Deo gratias agere magis oportet?

oportet, quod tantam molliciem paucis diebus formidore soluerit. Sic Chrysostomus, cum aliqui tum etiam de Principum seueritate quererentur. Quid ergo? Qui laetus erat, gratiasque Deo agendas esse dicebat, quod metu Principum lascivia morum & intemperantia repressa fuerat, si eodem metu conciliabula hæreticorum fuissent dissipata, si linguæ obligatae, si hymni, si cantica eorum conticuissent, num putas doluisset quod in religione vis facta fuisset cōsciētiis? Multo verò hinc magis quam esset Principum metus utilis, illustrasset. Nihil enim erat diuino Chrysostomo prius, ut ipse declarat alibi, quam ut blasphemati puniuntur, & castigarentur Deum contumelia affidentes, omninoque impij cohiberentur. quod quia factum non sit Antiochiae, populum vniuersum torporis illius pœnas dedisse pronunciat. propterea alio quoque loco vult hæreticorum conciliabula dissipari, ora obstrui, libertatem loquendi concidi. Nihil agis ergo cum Chrysostomum citas in illud Matthæi: Reddite que sunt Cæsar, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo: qui sic dicat: Numisma Cæsaris aurum est, numisma Dei homo. In solido Cæsar videtur, in hominibus autem Deus agnoscitur. Ideo divitias vestras Cæsari date, Deo autem conscientiæ vestræ solam memoriam reseruate. Nihil agis (inquam) tum quia Chrysostomi locus ille non est, cum sit ex Opere imperfecto in Matthæum, quod inter eruditos constat satis diuino illi Chrysostomo adscribendum non esse: tum quia, cuiuscunque omnino sit auctoris, nihil vestræ in religione libertati patrocinatur. Primum quia innocentia generatim membrinit, sic enim legendum est: Deo autem conscientiæ vestre innocentiam reseruate. Innocentia verò non in sola religionis virtute, sed in ceteris quoque spectanda est virtutibus, contra quas ipsi nullam vultis permititi libertatem. Deinde etiam si per homines qui-

Hom. 2 ad populum Antiochenum.

Hom. in Matthæum 13.

bb bus

bus subijcimur, hoc est, per eorum monita, leges, promissiones, inhibitiones, comminationes, id plerunque fiat, ut innocenter vitam nostram transigamus: quis ignorat tamen, ipsam illam vitæ innocentia non hominibus, sed Domino soli reddi, atque exhiberi, & offerri oportere? Sicut enim Paulus corceptionibus præceptisque suis homines inducere conabatur, vt Deo, non sibi seruirent: ita Principum leges eò tendunt, ut Dei nomen & doctrina non blasphemetur, sed ei veræ religionis atque innocentis vitæ deferatur obsequium, suaq. illi, quam naturæ nostræ semel impressit, illibata imago reddatur. non superbiz, quemadmodum subiungit ille quem citas, fastu tumida; non iracundiæ liuore marcida, non avaritiæ facibus succensa, non gulæ illecebris dedita, non hypocrisis duplicitate contecta, non luxuriæ sordibus attaminata, non elationis protensione leuis, non violentiæ tabamens, non dissidio mutuè charitatis extorris, non de tractionis mordacitate pestifera, non multiloquij vanitate inanis. Vides quām multa numeret, in quibus conscientiæ requirit innocentiam, quæ Deo soli referuetur? In quibus omnibus, si Deo soli, non ullis hominum legibus subijcimur, cernis ipse quām multa sequantur absurdia, quāmque ex huiusmodi locis, vestræ religionis libertatem cedere frustra moliamini.

*Propos. 72 in
epistolam ad
Romanos.*

neque te is, quem annexis, Augustini locus adiuuat, qui sic habet: Cūm constemus ex anima & corpore, quām diu in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium degendæ huius vitæ vivimus: oportet nos ex ea parte quæ ad hanc vitam pertinet, subditos esse potestatibus, id est, hominibus, iis humanas cum aliquo honore administrantibus: et illa verò parte qua credimus Deo, & in regnum eius vocamur, non nos oportet subditos esse cunctum homini, id ipsum in nobis euertere cupienti, quod Deus

id vit
Angu
quirar
bemu
bis eri
modit
tum p
Deas
enim
que /
ac reli
obelt.
Atqui
plus v
la. Ad
Christi
tribut
is qu
satur.
in sua
temp
cellit
hoc in
fiden
etiam
nequa
vel a
com
temp
sentie
quali
terù
nam,
les p
stata

Id vitam æternam donare dignatus est. Hæc namque Augustini ratiæ aperta sunt, ut dissolutionem non requirant. Tametsi enim seculi Principibus subesse debemus ac parere, etiam in eo, cùm opus est, in quo nobis eripiuntur ea quæ ad temporariam viuendi commoditatem pertinent; tamen nunquam obtemperare tom postulum, cùm euertere conantur ea bona quæ Deus ad æternam vitam donare dignatus est. Cùm enim audis, ait Chrysostomus, reddenda esse Cæsari Hom. 71. in Matth. quæ sua sunt; illa solùm dici non dubita, quæ pietati & religioni nihil officiunt. Nam quod fidei ac virtuti obest, non Cæsar is, sed diaboli tributū & vectigal est. Atquæ sequuntur apud Augustinum eodem in loco, plus videri possint premere; quæ à re miror prætermis-
la. Addit enim continuò: Si quis ergo putat quoniam Christianus est, non sibi esse vectigal reddendum aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitū eis qui hæc curant potestatibus, in magno errore ver-
satur. Item si quis putat se esse subdendum, ut etiam in suam fidem habere potestatem arbitretur eum qui temporalibus administrandis aliqua sublimitate præ-
cellit, in maiorem errorem labitur. Verum tamen &c hoc in aperto est, non habere Principes potestatem in fidem nostrā, quam nec debent villo casu, nec possunt, etiam si quām maximè velint, nobis inuitis eripere: neque etiam qualem volunt, talem nobis ipsi faciunt, vel angendo, vel detrahendo, vel quoquo modo eam commutando. Quomodo sanè potestatem habent in temporalia, quæ & eripiunt inuitis, & recte ac iure co-
sentientibus imminuunt. Onera quoque vectigalium qualia quantaque volunt, suis subditis imponunt. Ce-
terum quia non habent potestatem in fidem Christia-
nam, si propterea punes eos infidelitatem, id est, hære-
ses punire non posse, multum falleris. Quia nec in ca-
stitatem, nec in temperantiam, nec in iustitiam, nec

bb 2

omnino

756 DE CHRISTIANA LIBERTATE
omnino in ullam virtutem potestatem habent Reges
ac Principes: quoniam & illas, ut ad vitam peruenia-
tur æternam, diuina benignitas largiri dignata est: &
tamen constat, eos scelera, quæ virtutibus memoris
contraria sunt, posse punire: ut adulterium, quod est
pudicitiae coniugali contrarium; ut homicidium, ut
rapinas, quæ iustitiae aduersantur. Denique tamen si
potestatem in ipsam fidem nullam habent, ut eam
possint cuiquam extorquere, aut pro arbitrio suo com-
mutare: tamen fidem Christianam, sicut eam inue-
niunt à Christo Domino conditam, & ab Ecclesia Dei
sibi traditam atque ministratam, & debent & possunt
sue potestatis, suarumq. legum seueritate propugnare.

CAPUT XV.

*Ex variis necessitatibus generibus, quanam ea sit, que
aduersetur credendi libertati.*

AT libera, inquis, fides est, nec potest libertas cu[m]
necessitate cōsistere, eademque in sede morari.] Quam libertatem dicis? illamne ex qua liberum pa-
sim arbitrium nominatur? sed hoc vos delevistis de
natura mortalium, eamque doctrinam, quæ à nobis de
libero hominis arbitrio traditur, tanquam è Philo-
phiæ gentilis haustrum fontibus, repudiandam assentis
Christiano. Cur ergo hanc credendi libertatem per
nos tolli querimini, quā ipsi doctrinæ professione ful-
tulisti? An libertatē intelligis Christianam? sed quid
magis Christianum, quām ea necessitas quæ à noxijs
reuocat, & ad meliora compellit? Nam si esset à Chri-
stianis institutis omnis omnino aliena compulso, non
esset impletum, aut vñquam implésum in Christi Ec-
clesia, quod Euāgelica parabola præceptum seruise
significat, ut ad patatas nuprias, quoscunque in vijs &
scipibus inuenissent, introire compellerent. Neces-
titates